

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Bilibaldus Pyrkaimer, Ioanni Reuchlin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN. LIBER PRIMVS

ista quoniã a te laudato uiro proficiscitur facis ut me esse aliquẽ pu-
tem. Sed deũ Opt. Max. oro ut diu alter alterius studio delectari pos-
simus, in dies magis quod non dubito futurum si quã diu prodesse ho-
minib⁹ possit uita nostra uterq; uiuerimus. Libros omnes quos uo-
lebas cui iussisti dedimus, p̄ter Nonnum & Gregorium, nondũ enĩ
exire in publicum possunt. Quod uero minoris istic nostros emere
libros queas, miror. Certũ est enim nõ minoris eo uendi illos Vene-
tiis quanti cõstiterunt tibi, immo potius pluris. Sed puto esse causã
quã mercator iste cum accipiat a societate nostra Venetiis quã pluri-
mos simul libros, & minoris quã uenduntur singuli, ut quemadmo-
dum æquum est & ipse lucrari possit aliquid, nec tũ soluat (damus
enim illi ad tempus) gratis eos fortasse habuisse putat. Vale Vene-
tiis. x. xiiii. Decembris. M. D. II.

Bilibaldus Pyrkaimer, Ioanni Reuchlin S.

Polsena merito negligentia argui uir clarissime, si ante quã ami-
cicia mihi iunctus eras, te ob uirtutes doctrinãq; egregia nõ so-
lũ admiratus sim, uerũ etiã dilexerim, uehementerq; amaue-
rim, nunc uero cũ arctiore uinculo mihi astrictus sis, tui penit⁹ obli-
tus uidear. Ut igitur amicitia nostrã officioq; meo pariter satisfa-
ciam, presentibus literis earũq; latore homine mihi sanguinis ne-
cessitate coniuncto, nec literarum experti te saluto, admodumq; ua-
lere cupio. Audio enim te nõ nihil animo ob nescio quas aduersita-
tes perturbatũ esse. Sed cum sis uir cunctis uirtutibus omniumq; dis-
ciplinarum genere nõ solum excellens, uerum extra fortunã quoq;
aleam positus, nemo crede mihi Therfites seu Zoilus tuam cãdidã
denigrare famam ac dignitatem poterit. Fac igitur ut non solũ aĩo
forti quemadmodum tuam decet prudentiam obtrectationes ini-
micorumq; calumnias feras, sed & magnanimiter contemnas. Me-
mentoq; solũ modo uitia inuidetia esse exptia, uirtutes uero semp
fuisse & esse iuidia sycophantiis ac æmulationibus obnoxias. No-
sti enĩ ὁ πρῶτος ἔχεται ἡλίου παρενομένοις ἔπειτα κατὰ ἀνάγκην σκία
ἕως δὲ δὴ τῆς δόξης βαδίζουσι ἀκολουθεῖ φρόνος. Vale, & si tantilli tibi
superest ocii quemadmodum habeas rescribe. Ex Norinberga Cal.
Octobribus. Anno M. D. XI.

Bilibaldus Pyrkaimer, Ioanni Reuchlin
Salutem.

k iii